



PRAENOTIONES
CONTRA
ATHEOS EXPLICITOS
CVSTODIENDÆ.

P R Æ N O T I O I.

EA doctrinarum capita, in quæ nostræ ætate controversiæ cum Fanaticis & Naturalistis disceptandæ ut plurimum recidunt, quæque, siquidem suus veritati honos relinqueretur, ne quidem in discrimen vocari, sed antequam ad Theologicas acroases accederetur, supponi omnino & admitti debebant, Prænotiones, non incongruo, ut reor, vocabulo, nominabimus. Hæ sunt illæ, ut Patribus etiam appellantur, anticipationes & præparationis Evangelicæ portiones quas negligere nefas foret. Eligemus autem potiores saltem, & quæ prætermittæ ab aliis videri possint, vel alio nomine hanc curam exposcunt; atque initium ab illis faciemus, quibus præjudicia maxime omnium portentosa opposita sunt, eas præmissuri, de quibus Athei theoretici, & præsertim illi, qui explicitè athei sunt, litem movent.

II. Ipsa thesis *αἰγογυαία* Deum dari, Prænotio

A

tio